DECISIONVM FORI FIVIZANENSIS,

ALIORVMQVE TRIBVNALIVM IN ITALIA INSIGNIVM,

Peregrinarum, practicabilium valde, & amabilium,

AVCTORE

D. BORGNINO CAVALCANO,

ADVOCATO FIVIZANENSE EPISCOPATVSQVE Papiæ Vicario generali, per XL. annos Practico,

Liber ſiue Titulus Secundus,

DE CONTRACTIBVS,

QVORVM MATERIAM ADEO LVCVLENTER, DILVCIDE, NERVOSE, prolixe ac copioſe tractat, vt ſingula Deciſiones Tractatus inſtar eſſe poſſint, alibiq; quam hic, ſi in caſu quopiam deciſionem & concluſionem Doctorum perfectam, cum Rationibus, Auctoritatibus, & Reſolutionibus habere velis materia laborioſius quærenda non ſit.

QVO NOMINE OMNIBVS DECISIONIBVS, PLVRIMORVM GERMANIÆ Iuriſconſultorum iudicio, quib. ſunt viſæ, facile palmam præripient, & ementibus, videntibus, perlegentibus, ruminantibus & intelligentibus grandem diminuent laborem.

POST ITERATAM ET PLVRIBVS ADDITIONIBVS ILLVSTRATAM Auctoris editionem diligenter repurgatus et adhibita diuerſorum characterum compendioſa elegantia, nouis Indicibus tergeminis a Muſis Palthenianis inſtructus.

16 00

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

CVRA ET STVDIO

Collegii Muſarum Nouenarum Paltheniani,

Quod eſt

IN NOBILI FRANCOFVRTO.

DECISIONVM FORI FIVIZANENSIS, ALIORVMQVE CELEBRIVM IN ITALIA LOCORVM,

AVCTORE BORGNINO CAVALCANO,

Pars Secunda Principalis,

RELIQVAM CONTRACTVVM MATERIAM abſoluens.

ARGVMENTVM.

Contractus celebratus ſub nomine venditionis, vel inſoluti, cum pacto de non reemendo, niſi intra certũ tempus, & quod poſtea poſſit reemi cum modicitate pretij, & clauſulis inſolutis, a debitore non habente ad manus pecunias pro ſoluendo eius debitum, dicitur vſurarius, illicitus & pignoratitius, & fructus cõpenſantur cum ſorte.

Contractus venditionis & inſoluti quando dicatur licitus, & quando fœneratitius & pignoratitius, hic diffuſe tractatur.

Cambia ſicca, & non realia ſunt illicita, & vſuraria, & attendi non debent.

SVMMARIA.

1 *Vſura dicitur nequiſſima.*

2 *Vſura dicitur furtum & rapina, & inſimul æquiparantur, num. 3.*

Vſura eſt ab omni iure diuino, naturali, canonico & ciuili reprobata.

5 *Vſurarius, ſi credit vſuram non eſſe peccatum, eſt hæreticus, ſi credit, eſt prædo, ſiue credit, ſiue non, eſt ſimilis leproſo.*

6 *Vſurarius eſt ſimilis vermiculo ligni rodens patrimonium, ſicut vermiculus lignum, & quia reſtingit & ſtringit ſicut ſcorpio, & ſicut leo famelicus ſemper quærit quem deuoret.*

7 *Contractus vſurarius debet ad minus conuinci tribus coniecturis vrgentiſſimis, quæ a iure & a Doctoribus admittuntur ex communi.*

8 *Pactum de retrouendendo, Paruitas pretij, ſolitus fœnerari requiruntur, ad conuincendum contractũ vſurarium ex communi, & nu. 71.*

9 *Pactum de retrouendendo, paruitas pretij, & ſolitus fœnerari nominantur frequenter a Doctoribus per modum exempli, & non reſtrictiue, & limitatiue, & nu. 10. & 11.*

12 *Ratio eadem vbi militat aut fortior, ſecundum regulas iuris & eadem ius eſſe debet, & fit extenſio ad ſimiles caſus. num. 13.*

14 *Verba in dubio cenſentur prolata potius demonſtratiue, quam reſtrictiue.*

15 *Exempla non reſtringunt regulam, ſed illam ampliant.*

16 *Pactum de retrouendendo ſimpliciter prolatum admittitur a iure ex communi, & operatur diminutionem pretij. num. 25 & 28. ſall. 1, & cum ei concurrunt aliæ præſumptiones, & coniecturæ ſimulationis numero 17. & præſumptionem ſimulationis facit.*

18 *Solitus fœnerari probatur ex pluribus inſtrumentis ſimilibus ipſius fœneratoris in iudicio productis.*

19 *Notorium dicitur quod ex actis fit & quod per decem teſtes probatur. num. 39.*

20 *Inſtrumentum locationis ſeu inueſtiture ſimplicis ſide probat inter partes.*

21 *Valor bonorum dignoſcitur ex redditu 20. annorum.*

22 *Mutatio valoris non præſumitur ex breuitate temporis, & contrarium alleganti incumbit onus probandi num. 24.*

25 *Actus dolosus non præſumitur.*

26 *Seruitute res vendita deminuit pretium, arbitrio iudicis regulandum.*

27 *Res vendita non minus valet iuſto pretio, quando contractus ſimulatione probata ex tribus coniecturis.*

30 *Duæ ſpecialia inſimul currere non poſſunt in eodem ſubiecto.*

31 *Dominus directus, & non dominus vtilis poteſt bona alienare.*

32 *Arbitrium iudicis debet regulari a lege.*

33 *Paruum, ſeu minimum eſt iuſtæ taxatum in libris decem, aut duodecim num. 34.*

35 *Minor numerus ineſt in maiori.*

Teſtes probantes de decem & de duodecim, videntur probare de otto ſimul.

36 *Teſtes deponentes rem aliquam tantum vendi, & eius publicæ an communiter probent, & quomodo.*

37 *Teſtes dicentes habere notitiam de dictis bonis, vt vicini, dicuntur melius informati, & melius probant num. 64.*

38 *Fides teſtium in arbitrio Iudicis reſidet.*

39 *Teſtes in numero decem deponentes ſuper re & eius cõmuni æſtimatione, licet vniformem rationem non reddãt, maxime in materia vſuraria, illam notoriam faciunt, & probant.*

40 *Ex aduerbio non bene infertur.*

41 *Teſtes dicentes, ita audiui publice dici, aut ita audiui communiter dici, idem probant.*

42 *Verba publice, & communiter ſunt ſynonyma nomina idem ſignificantia, & quando non num. 43.*

44 *Vſurarius conuictus non eſt audiendus, ſed repellendus a iudicio, multo magis teſtes per eum producti.*